



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

47. De peccatis aliorum Officialium in exercitu commorantium? Ex p. 6. tr.
4. r. 28.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

illam partem reseruent, nisi constet ipsos gratis Ducibus donare: quod raro est credendum. Bonacina supra.

2. Vide etiam quoad supradicta præter Doctores citatos Villalobos in *summa tom. 2. tract. 5. difficult. 1. 1. num. 5. 6. & 7.* Beccanum in *2. 2. cap. 2. 5. queſt. 1. 5. num. 2. & Layman lib. 2. tract. 3. cap. 1. 2. num. 1. 8.* vbi docet, Duces conducentes exercitum peccare. Primo, si milites suos abque necessitatibus cœla temere exponant certas interneções. Secundo, si nulla cogente necessitate in locis palustribus & valde infestis castra higant cum periculo morbi seu contragionis. Tertio, si in solutione stipendiiorum iniustis & vñaturis cambiis, seu permutationibus pecuniarum vñantur. Quartu, si pecunias accipientes pro maiore militum numero, cum non compleante cum ingenti interdum Reipublicæ damno. Quinto, si dimissis veterans & exercitatis militibus, in eorum locum novos inexpertos minore stipendio substituant. Sexto, si stipendium Militibus subtrahentes permittant eos à ratiis & alijs innocentibus extorquere, qua fibi necessaria sunt. Septimo, si dum per Provincias exercitum ducunt, à pagis & ciuitatibus pecuniam accipient ad redimendam vexationem: vt videlicet exercitus non ad ipsos, qui pecunias obtulerunt, sed ad alios adducatur.

3. Sed non desinam hic apponere dubium, quod mouet Duwallius in *2. 2. D. Thome tract. de charitate queſt. 1. 6. art. 4.* vbi sic ait. Quæres an ipſi Præfecti Arcium possint pauciores Milites in arce posnre quam à Princeps constitutum fuerit; verbi gratia Rex præscriptis pro arce aliqua custodienda centum Milites: Præfectus immixtus hunc numerum, & ad quinquaginta reducit; vt sic stipendia reliquorum fibi attribuat? Idemque queritur de Duciis & Capitanis, qui cum in suis Centuriis tot milites conscriptos habere debeat, pauciores tamen retinent, vt stipendium aliorum ad suos vñus converuant? Respondeo primo, duplex esse tempus distingendum: unum quando hostes sunt proximi, nec non bellum, seu potius conflictus maximu, vñget; & tunc gravissime pecant ipsi Duces, postuotque puniri capitaliter, si numerus Militum à Rege alignatus non sit completus defectu enim vñus aut alterius militi, vñctorie non nunquam dependerunt, & castra, seu arces inuiduntur. Aliud vero tempus est pacis & tranquillitatis; & tunc crederem posse habere pauciores milites, quam Rex edixerit, eò quod tunc nullum periculum Arci, aut exercitu imminent, & probabile est, Regem, eò quod istud sat is confutetur inter nobiles, tacite in id consentire: ex quo sequitur similiter non teneri ad restitutionem stipendiiorum, quæ in propriis & priuatis vñs, propter patrum illum militum numeram cœnueruntur: Rex enim in istud tacite contentit, videt quippe hoc, cum ordinarium sit, & tacet: idemque annuit. Hucusque Duwallius. Sed tu cogita: nam puto Reges hoc nescire; neque tacite contentire.

RESOL. XLVII.

De peccatis aliorum Officialium in Exercitu communiſtione. Ex part. 6. tract. 4. Ref. 28.

§. 1. Peccant etiam, ait Beccanus in *Dini Thoma cap. 2. queſt. 1. 5. num. 3.* alij Officialis in exercitu. Primo, quando quæ ex officio debent viualia ad exercitum comportare, non diligenter id faciunt, sed per avaritiam, aut negligentiam dant militibus corruptum cibum, aut potum, ex quo mor-

bi oriuntur: Secundu, quando lucri causa pulueri tormentario admiscant aliquid extraneum, vt non sit aptus ad viatoriam comparandam. Tertiu, quando plus pecuniae exigunt a militibus pro cibo, potu, vestibus, armis, & alijs necessariis, quam præscriptum est. Quartu, quando in designandis hospitiis, aliqui militi dant tria, aut quatuor chirographa ad tres vel quatuor distinctas domos, vt in unaquaque hospitio recipiantur: tunc enim in una habet hospitium, ab aliis autem accipit pecuniam pro frbleuato onere.

2. Vide etiam Layman lib. 2. tract. 3. c. 1. 2. n. 1. 8. Molinam tom. 1. tract. 2. disq. 1. 6. qui asserit ad haec debere multum attendere horum officialium Confessarios.

RESOL. XLVIII.

De peccatis Regum, & Principum, etiam bellum iustum exerceant in ordine ad Milites.

Et an debeat Rex eis, & alijs restituere dannaque inde fuerint sequata? Ex parte 6. tractatu 4. Resol. 29.

§. 1. Respondeo cum Coninch. disq. 3. 1. de *Bello dub. 7. num. 9. 4. & Castro Palao tom. 1. tr. 6. disq. 5. punct. 5. num. 2.* Reges ex iustitia teneri militi promilla stipendia per soluere, idque statutis temporibus, quantum fieri potest. Ex quo sequitur Princeps, qui sua culpa statuto tempore non solui militi stipendum, teneri refarcire omnia damna, quæ inde fuerint sequata. Primo, ipsi militi, si oppressus inedia, sua vili pretio debuerit vendere; aut si grauem morbum ideo incurrit, & multa fuerit coactus expendere in Medicos contrahendo debita, aut membrum aliquod amiserit, aliave ratione inutilis ad aliquid luendandum factus fuerit. Secundu, alijs subditis, aut etiam extraneis non hostibus, quos milites coacti inopia spolarunt, quia ipse huic damno causam dedit, militem ad id inferendū per subtractionem stipendiū compellente, praesertim cum ipse ex officio teneatur, quantum potest talia impediunt. Tertiu, ipsi Reipublicæ similiter, si ob defectum solutionis rebellanterint, aut suo officio fungi non potuerint; atque ea ratione aut victoria fuerit amissa; aut bellum diutius cum maioribus Reipublicæ impensis, aut incommodo protractum; aut si clades, aliave incommode accepta fuerint. Quia Princeps tunc horum omnium sua culpa est causa, non secus ac Oeconomicus, qui statim mercedem sua culpa non soluit conductis operis, idemque haec desinunt Terras Domini colore, & consequentes hic earum fructu privatur.

2. Sed circa praesentem questionem non desinam apponere verba Pauli Layman lib. 2. tract. 3. cap. 1. 2. numer. 1. 8. vbi sic ait, Considerandum est: virum Princeps ultra ad bellum iustum gerendum accedat v. g. occupanda Ciuitatis, Provincie causa, quæ ipsi iure debita denegatur, tunc persuadere fibi debet, quod bello recte sustinendo idoneus futurus sit, videlicet diutius tam potens, vt militibus quædiu bellum geritur, stipendia solvere, & tam potens auctoritate, vt eosdem per subordinatos Duces in officio continere possit; alioquin bellum plerisque intermittere debet. An vero necessitate coactus ad bellum praesertim defensuimus v. g. contra incusus infidelium aut hereticorum aggrediatur; ut interdum accidere potest, vt sine culpa Duci, aut Princeps diuturnius bellum gerentis, stipendia militibus tardius, aut tenuius prouenant, quamvis ipsi mercantur: quo necessitatibus casu (si sumptus quamvis omni possibile studio quatiri & collecti non sufficiant.)

M m 4. ciant)